



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

15. An famulus in gratiam Domini sui possit vesci carnibus diebus vetitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

datam, obeditur secundum modum & intentionem quæ in lege exprimitur aut intenditur. Admitti tamen posset quando tantum fit Catholicis cognoscantur, quia tunc actio illa ex se indifferens non censeretur fieri in contemptum fidei. Et idem dicendum si tantum prohiberetur vendi omnis alius cibus, quod bene ostendit Verricelli q. 16. n. 7. de Idolothytis.

ARTICULUS XV.

An famulus in gratiam Domini sui possit vesci carnibus diebus vetitis.

Hoc dubium movet Verricelli q. 15. n. 12. de Captivis Christianis apud Turcas, an teneantur ad jejunia & abstinentionem à carnibus, ne Dominorum suorum odium incurrant. Et bene respondet, quod teneantur, si illud odium quod timent sit in contemptum fidei, eo quod Dominis displiceat observari à servis Christi præcepta ipsius aut Ecclesiæ: quod sequitur ex sæpe ante dictis, præcipue art. præcedenti Aliud tamen esset si odium illud solum sit propter incommodum, quia Dominis onerosum est dare servis cibos quadragesimales, & inde tantum timeretur gravis vexatio à Dominis. Et idem dici debet de famulis

mulis
tamen
Domin
Religi
Ecclesia
Sacri d

A

An lice

HU
ca
sit famu
solvit a
ostenda
clesiæ
negare:
cipitur f
nus inte
aut sent
cum gra
quod ho
signo o
scilicet e
Et id
in locis
habitat

mulis liberis inservientibus hæreticis : Qui tamen occasionem debent quærere murandi Dominos , qui ipsis permittant observantiam Religionis suæ Catholicæ , & præceptorum Ecclesiæ. Quod etiam dicendum de auditione Sacri diebus festivis.

ARTICULUS XVI.

An liceat apponere carnes hæreticis diebus abstinentiæ.

Hunc casum proponit Lessius ubi sup. casu. 13. inquirens utrum hoc facere possit famulus pro Domino suo hæretico. Et resolvit affirmativè: dummodo Dominus non ostendat se petere carnes in contemptum Ecclesiæ, & sine gravi damno non possit hoc negare: sic enim appositio carniū quæ præcipitur famulo, non est illa quam fortè Dominus internè intendit, sed mera manducatio aut sensualitas, quam non tenetur famulus cum gravi suo damno impedire. Unde sequitur quòd hoc nullatenus liceat, si Dominus aliquo signo ostendat suam pravam intentionem, scilicet odium fidei.

Et idem dicendum de caupona habitante in locis hæreticorum; non autem de illo qui habitat in partibus Catholicis, ibi enim non

G

potest